



Page du « Regestum » de l'empereur Frédéric II. Le manuscrit contient des copies de lettres de Frédéric II. d'Octobre 1239 au commencement de Juin 1240. Toutes ces lettres traitent des affaires de Sicile. Au-dessus de chaque feuillet se trouve le nom de mois et de lieu; le jour du mois est noté avec chaque écrit (1). Les lettres commencent par des indications sur l'ordre impérial pour l'expédition de la pièce, sur l'officier qui transmettait l'ordre et sur le nom du notaire qui écrivait la lettre. En marge il y a le sommaire. — Les 116 feuillets encore conservés du manuscrit sont en papier arabe fort et bien lisse; malheureusement ils ont souffert de l'humidité; leur grandeur moyenne semble avoir été de 30×21 cm., elle est maintenant un peu réduite, car les marges ont été coupées. Le manuscrit est un des plus anciens manuscrits de papier de l'Occident. — Le registre a été imprimé dans Cajetan Carcani, *Constitutiones regum regni utriusque Siciliae mandante Friderico II. imperatore per Petrum de Vineia* etc., Naples 1786, p. 233—420; notre page (dans l'édition pag. 70 *adversa*) se trouve p. 345—347; voir aussi Huillard-Bréholles, *Historia diplomatica Friderici II.*, Paris, 1859, V, p. 747. Un Fac-similé de deux autres pages (73<sup>r</sup> et 102<sup>r</sup>) se trouve dans Sybel et Sickel, *Kaiserurkunden in Abbildungen*, livr. VI, pl. 17. Sur le registre voir J. Ficker, *Beiträge zur Urkundenlehre*, II, Innsbruck 1878, p. 15. 37. 42; F. Philippi, *Zur Geschichte der Reichskanzlei unter den letzten Staufern*, Münster 1885, p. 30; H. Bresslau, *Handbuch der Urkundenlehre*, I, Leipzig, 1889, p. 104.

Cette écriture a déjà beaucoup de formes cursives. Le scribe s'efforce de lier étroitement les lettres des mots et autant que possible d'en écrire beaucoup d'un seul trait de plume; pour cela, il donne souvent des coulées à **d**, **p**, **s** et les forme d'un coup de plume tout différent que précédemment.

Lettres isolées. **d** prend soit la forme habituelle ronde (*faciendas*, 18), soit la forme cursive, dans laquelle la haste supérieure forme une boucle (*ad*, 19. 30; *dominicæ*, 26; *quamdiu differretur*, 35); à remarquer que le copiste forme la boucle d'après le même procédé que nous employons aujourd'hui dans l'écriture courante; c'est la première fois que nous rencontrons cette forme de **d**. Le dernier jambage de **m** et de **n** est parfois allongé à la fin des mots (12. 29). La haste de **p** forme quelquefois une boucle (*Petrus*, 16; *per*, 29). **r** descend la plupart du temps au-dessous de la ligne, souvent très bas (16. 19. 20. 21). L's rond mérite une attention particulière: il se lie le plus souvent avec la lettre précédente et est écrit d'une nouvelle façon, de sorte qu'il ressemble à l's rond de l'allemand moderne (19. 20. 28). Voir **z** (39).

Abréviations. Les noms et les mots qui reviennent souvent sont ordinaire-

ment abrégés, par ex. **f. n.** = *fidelis noster* ou *fideles nostri* (3. 4. 17. 22), **f. t.** = *fidelitas tua* (4. 19), **g. p. r.** = *generale pondus regni* (19); pour la transcription de ces abréviations nous suivons l'édition mentionnée de Carcani. Le point et le trait dans les abréviations de *bus* et *que* sont tantôt séparés, tantôt écrits d'un seul coup de plume (3. 5. 6. 10). Les finales des mots sont souvent remplacées par de longs traits obliques, particulièrement dans le petit mot *de* (3. 5. 12. 14. 33). Pour *er* on a la plupart du temps un trait vertical ondulé (*poteritis*, 21; *existeret*, 24); mais souvent *er* est remplacé par l'a ouvert suscrit (*duxerat*, 14; *camere*, 20; *gerentibus*, 28); dans *fuerint* (8) il est remplacé par un trait horizontal ondulé. Le signe pour *ur* sert également pour l'r seul (*Porta*, 16. 33). Comme signe commun d'abréviation le scribe emploie quelquefois un trait horizontal doublé (*reditum*, *regnum*, 10; *uncias*, 17), et quelquefois un trait vertical ondulé (*officiales*, 31; *custodes*, 33).

Les liaisons de boucles sont nombreuses. Voir par ex. *ho* (24), *se* (23), *os* (25).

Comme signes de ponctuation on a un trait oblique, un point avec un trait par-dessus, et un point (9. 10. 15. 29. 30).

#### Februario in Cuccuione.

[8] Alexandro filio Henrici pro expensis falconum et canum Lombardelli et aliorum.

§ XI<sup>o</sup>. De imperiali mandato facto per magistrum Albertum Laurentius Alexandro filio Henrici: Lombardellum de Ymola, Renaldum de Aquino, Malgerium Sorellum, Iacobum de Gaudio, Riccardum Filangerium, Roggerium Portastrellum, Fridericum Muscatum, Obaldinum fratrem Lombardelli, Scornauaccam, Renaldum de Castañ<sup>1)</sup>, et Berardum de Aquaiua, falconeros et fideles nostros, cum avibus nostris et canibus, necnon Berardum de Schultro infirmum, valletum et fidelem nostrum, in regnum mittimus moraturos; fidelitati tue mandamus, quatenus Lombardello predicto pro se, duobus 5 scuteriis et tribus equis, pro XX diebus huius mensis Februarii XIII. indictionis tres uncias auri ad pondus curie, necnon cuilibet predictorum valletorum tantum<sup>2)</sup> pro eisdem diebus, sicut recipere soliti sunt in curia nostra, et Iacobo de Imola falconerio, quem mittimus cum eisdem, pro se, uno scuterio et duobus equis, pro predictis diebus uncias duas ad idem pondus exhibeas; ac deinde inantea, donec 10 equis, predicto Berardo de Schultro pro se, duobus scuteriis et tribus equis, usque ad reditum nostrum in regnum, necnon tribus scuteriis marestalle, quos cum canibus destinamus, pro se et tribus mulis, ac Thomasio Bruno falconerio pro se et uno equo, a mense Marcii inantea, quia pro toto mense Februarii de camera solutus est ipse Thomasius, secundum quod etiam fiet auctio vel diminutio personarum, avium sive canum, de pecunia curie nostre, que est per manus tuas, expensas debeas exhibere, daturus necessaria 15 pro avibus et canibus nostris quos custodiunt, prout idem Lombardellus a te duxerit requirenda, et recepturus ab eo de omnibus, que sicut dictum est dederis, apodixam.

[9] Angelo de Marra et Eufrenoni de Porta, custodibus erarii, pro Petro Magno et Alberto Busoli, mercatoribus Parmensibus, de uncis XXXVI.

§ Item scripsit Angelo de Marra et Eufrenoni de Porta, custodibus erarii in Castro Salvatoris ad mare: Quia Petrus Magnus et Albertus Busoli, mercatores Parmenses, fideles nostri, valletis nostris de Lubech nuper redeuntibus triginta sex uncias auri ad generale pondus regni pro parte nostre curie mutarunt, ad faciendas videlicet expensas pro se et falconibus quos portabant, fidelitati tue<sup>3)</sup> precipiendo mandamus, quatenus statim visis hiis litteris triginta sex uncias auri ad generale pondus regni restituatis dicto 20 Petro, omni difficultate remota; ipsos etiam et socios eorum de alia pecunia, quam nostre camere mutarunt, pro quibus super eadem vobis scripsimus, iuxta tenorem litterarum quas habent, quam citius poteritis, integre quietare curetis.

[10] Eisdem custodibus pro Nicolao Iohannis de Angelo, mercatore Romano, de uncis CXXXI. II.

§ Item scripsit litteras patentes: Fridericus etc. Notum etc., quod Nicolaus Iohannis de Angelo, civis Romanus, fidelis noster, dum nobis humiliter supplicasset, quod, cum Thomasius de Galiano de Lentino, qui pro administratione quam super extractione frumenti pro curia nostra minus bene exercuit<sup>4)</sup>, captus fuit, infiscatis omnibus bonis suis, debitor eius existeret in uncis auri centum 25 viginti quatuor ad generale pondus regni, nos ipsam pecuniam sibi restitui mandarem, nos, facta pridem de ipso debito nostre curie plena fide, dictam pecuniam usque ad festum nativitatis dominice huius XIII. indictionis eidem Nicolao curiam nostram promissimus soluturam, prius etiam, si prius in regnum redire nos personaliter contigisset; super quo scripsimus venerabilibus Iacobo, Capuano archiepiscopo, et Petro, episcopo Rauellensi, dilectis familiaribus nostris, tunc temporis in regno gerentibus vices nostras, ut, si contingeret nos in regnum dicte nativitatis dominice termino non redire, dicto Nicolao solvi facerent pecuniam memoratam; idem vero nuper rediens et ostendens per 30 litteras archiepiscopi Capuani, cui soli nostras litteras dederat, absente episcopo Rauellensi, qui ad nos iam venerat vocatus a nobis, dictam pecuniam sibi non fuisse solutam, eo quod officiales mutati erant et mandatum de assignanda cuiquam pecunia non habebant, sed de ea ad nostrum erarium transmittenda conventionem cum curia nostra fecit, quod in kalendis Augusti proximo futuri huius XIII. indictionis debeat integre de ipso debito quietari per Angelum de Marra et Eufrenonem de Porta custodes etc., ad quos ipsum cum litteris nostris duximus transmittendum; quod si pecunia non soluta dictus solutionis terminus pertransiret, 35 deinde inantea, quamdiu solutio differretur, ana tres<sup>5)</sup> uncias per centenarium<sup>6)</sup> in mense pro dampnis et interesse ipsi<sup>7)</sup> solvere tenebantur de pecunia nostra ipsorum custodie deputata, et nichilominus de eadem solvent integre uncias<sup>8)</sup> supradictas eidem.

Ad cuius etc. presentes litteras etc.

§ Similes clausas per eadem verba scripsit pro eodem ad eosdem custodes, addita conclusione: quod ipso termino solvant uncias ipsas ei vel nuntio aut procuratori.

§ Similes apertas et clausas per eadem verba scripsit idem pro Iohanne Guicizonis Romano de uncis auri centum triginta sex ad generale pondus.

<sup>1)</sup> Carcani et après lui Huillard-Bréholles transcrivent *Castro maris*; il paraît qu'il faut lire *Castanea*; dans l'*Index nominum* d'Huillard-Bréholles on trouve le nom *Gentilis de Castanea* (p. 1296). <sup>2)</sup> Après l'autant il y a un grattage. <sup>3)</sup> Le sens exige  $\bar{v}$  = *vestre*, ainsi l'interprète Carcani. <sup>4)</sup> Carcani: *exercerit*. <sup>5)</sup> ana tres: voir Ducange, *Glossarium*, au mot *ana*. <sup>6)</sup> Carcani: *ipsa*. <sup>7)</sup> Carcani: *ipsa*. <sup>8)</sup> Carcani: *tres uncias*.